



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt XXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

*Mulierum* tiores prudentioresque esse debent, quam ut  
*consilij* mulierum consiliis vtantur, aut earum pre-  
*principes* cationibus locum dent. Et cum foemina nihil  
*vti nō de-* instabilius appareat, vir constantia praeditus  
*bere.* se illius blanditiis perturbari haud patietur,  
 sed singula pro magnitudine rerum ponde-  
 rabit atque discutiet, antequam temere vxo-  
 ris suae verbis fidem habeat. Id quidem non re-  
 prehenderim si maritus vxori aliquando do-  
 mesticis in negociis obediat: Verum in rebus  
 magnis aut capi talibus consilio vti mulieres,  
 tam stultum quam vanum esse nemo sapiens  
 ignorat.

## CAPVT XXVII.

## ARGVMENTVM.

*Pollicitis diues Vulpes ingentibus aurum*  
*lactat, Et irato spondet, Et arte, Duci.*  
*Plurima nobilitas nostro promittit in auro,*  
*Rusticitas seruat religiosa fidem.*

*Gratiarum* **T**unc rursus audax Reinike  
*actio Rei-* **I** Coram profatur omnibus:  
*nikes pro* **T**ot iure Regi nobili,  
*accepto be-* **E**tusq; mansuetissima,  
*neficio.* **E**t coniugi clarissima,  
**A**goperennes gratias,  
**C**aelo quot & nunquam lucida  
**M**icant in alto sidera.  
*ab impossi-* **I**ungeantur ante Cryphibus  
*bili.* **E**qui si more mutuo,  
**C**anemq; Dama diligat,

Quinta

Quam dicar indignissimè  
Humanitatis istius  
Oblitus & illo seculo,



Aut immemor redarguar:  
Omnes & auri maximi  
Pecunias habebitis,  
Quas dives auri Flandria  
Terra sepultas occultit.  
Stat Sylva densa rusticis  
Qua iam vocatur Hufelo:  
In parte dextra limpidus  
Dulces aquas fons enomit:  
Nec desit illic humida  
Spelunca pendens pumice,  
Implentque caelum dulcibus  
Aues & ubiq; cantibus.

Hic quercus antiquissima,  
Procerâ qua cacumine  
Excedit omnes arbores,

Remunera  
tionis be-  
neficij pol-  
licitatio.

Crede  
quod inter  
dum mul-  
tis menda-  
cia pro-  
sunt.

Descriptio  
loci.

Comas in auras erigit:  
 Sub hac sepultus excubat  
 Thesaurus auri maximus.  
 Quapropter ipsum consulo  
 Te conferas in Flindriam  
 Iterq; mox accingere:  
 Sed nemini mortalium  
 Fidas nisi vni coningi.  
 Hic ponderosam maximo  
 Auro coronam regiam  
 Gratamq; gemmis erues.  
 Hanc Rex potens Emmericus

Pretiosam  
 coronā esse  
 ait, vt regē  
 & reginam  
 tanto au-  
 diiores red-  
 dat.

Gestisse quondam dicitur,  
 Cum vesceretur integer  
 Auris adhuc vitalibus:  
 Plus postulauit millies  
 Illam Bruzo stultissimus:  
 Hanc margaritis vndiq;  
 Videbis auctam splendidis.  
 Gemmisq; tot miraberis  
 Illuminatam grandibus:

Ingens pre-  
 cium noſe.

Hac aestimantur omnia  
 Centum talentis millibus,  
 Sed Atticis maioribus.  
 At quando Rex clarissime  
 Opes habebis maximas,  
 Erisq; factus ditior:  
 Tunc ipse demum laudibus  
 Summis mea constantiam  
 Fidelitatis euehes,  
 Nulliq; gratiosior  
 Studebis esse, quam mihi,

Laudabis atq; Reiniken,  
 Et fausta comprecaberis,  
 Quod te bearim ceteris  
 Pra Regibus mortalium.  
 Ut omnium ditissimus  
 Sis atq; praestantissimus.

## COMMENTARIA.

Admirari licet hinc quomodo adultores  
 verbis coquinariis Principum animos demul-  
 cere, & spe commodi ablandiri eosq; in ad-  
 mirationem rapere possint.

Animaduerte enim quam iucunda, fallax, *Assentari*  
 fucata & artificio simulationis erudita sit *nunc qua-*  
 vulpeculae oratio: quam dolose Regem circū- *stus est om-*  
 ueniat, & ingeniose mentiri pergat, ut eius *nium & ber-*  
 verbis sine vilo ~~fuso~~ color veritatis inesse vi- *rimus, &*  
 deatur, ita ut lethale mulsum eius verba non *inquit Te-*  
 incommodè quis appellare possit. Vnde tales *rent. in En-*  
 adulationes ad gratiam comparatae, aurium- *nuch.*  
 que pruriturum, melleae sunt Principum pra- *Oratio Rei-*  
 focationes: assentatione enim delectant, ca- *nikes qua-*  
 terum mendacio admittentem strangulant. *lis sit osten-*  
 Impossibile quidem est omnes adulatorum *ditur.*  
 effugere infidias, & ne semel quidem fucata *Adulatio-*  
 nebulonum istorum specie decipi, tamen qui *nes magna-*  
 non facile credit, nec facile decipitur. Quas *rum sunt*  
 ob causas Principes & Magnates hoc Home- *prafocatio*  
 ricum carmen tanquam pharmacon aduer- *nes.*  
 sus adulationis venenum in promptu semper  
 habeant.

ἔτοι ἐγὼ θεὸς εἰμι. τί μ' ἀθαυδέτοισιν ἐ-  
νεῖς;

Hoc est,

*Singula* *Nullum ego sum numen, quid me immer-*  
*parasitorū talibus equas?*  
*Verbabenè* & talem parasitorum blandiloquentiam be-  
*examinan* nè examinent, singula verba trutinent, quid,  
*da* & pon- cur, quomodo & quem in finem dicantur,  
*deranda* quo consilio, aut proposito nouitates, aut nu-  
*sunt.* gas istas inauditas euomant, ne rei magnitu-  
dine percussi in errorem inducantur, & fide-  
lissimos sæpè à leuissimis scurris vanissimè  
accusatos ministros amicosq; dimittāt, quo-  
rum loco perniciosus alitur adulator, & su-  
stentatur fama solummodò populi, inhians-  
que cuncta deuorat, & superioris sui nigros  
vitiososq; mores facilimè mellito ore turpif-  
fima & exitiali adulatione imitatur, ab albis  
verò & rubris, id est labe carentibus totus est  
alienus, id quod Alciati emblema in tales do-  
ctissimum exprimit:

*Semper hiat, semper tenuem, qua & scitur au-*  
*ram*

*Reciprocet Chamaleon,*

*Et mutat faciem, varios sumitq; colores,*

*Præter rubrum & candidum.*

*Sic & adulator populari & scitur auræ*

*Hiansq; cuncta deuorat,*

*Et solum mores imitatur principis atros*

*Albi & pudici nescius.*

*Quare diuus Hieronymus callidam, infi-*  
*diosam*

diosam illaudatamque semper esse adulatio-  
nem affirmat.

*Vide diuum Hieronymum in Pelagium inue-  
hentem.*

CAPVT XXVIII.

ARGVMENTVM.

*Insidias rursus vulpes stabilire laborat  
Et fabricare graues incipit ore dolos.  
Qui cito Vaniloquis confidit & bique susurris,  
Fallitur, & culpa non vacat ille graui.*

**R**ex è meris fallacijs  
Mendacijsque Reiniken  
Constare totum sentiens,  
Dic, inquit, o vulpecula  
An non videtur vtile,  
Et esse consultissimum  
Site ministrum praebeas,  
Viamque mecum conteras?  
Nam Flandriam nec vidimus,  
Nec hucus oratam viam  
Longam prius tentauimus.  
Tot Urbium praestantium  
Audimus cognomina,  
Antuerpiam, Colontiam,  
Bonontiam, Lutetiam,  
Romamque mundi Principem,  
Quas saepe vulgus nominat  
Vrbes celebres & graues.

Rex comi-  
tem via po-  
stulat Rei-  
niken.

Sed